

elementaris, ijs nimirum qui dividunt  
mundum in æthereum & elementarem. 6. Pro  
homine, & dicitur  $\mu\iota\chi\epsilon\gamma\theta\sigma\mu$  & parvus  
mundus; eò quòd analogicè in homine ferè re-  
periantur, quæ in magno mundo vel hoc uni-  
verso deprehenduntur. Habes enim in homine  
elementa, vitam stirpium, sensum animalium,  
calorem quasi cœlestem respondentem propor-  
tione elemento stellarum; ob vim intelligendi  
angelicæ mentis participationem, atq; im-  
pressam divinitatis effigiem. 7. Pro univer-  
so in omni suo ambitu, hoc est, pro omni ente  
tam intra quàm extra mundum hunc corpo-  
reum.

Significatio utriq; communis est. 1. Par-  
ticulariter pro terra. Sic dicuntur homines  
in mundo, regna mundi, Job. 1. 9. Matt. 4, 8.  
Item pro contentis in mundo vel terra, ut  
animalibus, stirpibus &c. Sic 2. Pet. 3, 6. dicitur  
mundus aquâ inundatus perÿsse, hoc est,  
contenta super terrâ, quæ propriè in aquis &  
per aquas perierunt. Non enim perÿt vel  
ipsa terra, vel aqua; multò minùs cœlum &  
cœlestia corpora. 2. Generaliter & communi-  
ter pro magno mundo seu universo,  
hoc